



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Septem Illustrium Virorum Poemata**

**Amstelodami, 1672**

In Regiam Parisiensem Ludovici XIV. Galliarum & Navarrae Regis  
Christianissimi opus admirandum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11215**

Invisâ prius ova confoventes,  
 Gallinam, & geminos canunt colubros,  
 Iratæ fude villicæ peremptos;  
 Insignes tibi mittimus rubenti  
 Cancros tergore, brachiisque curvis,  
 Villæ munera; nec minùs precamur,  
 Illorum dape lætus ut fruaris,  
 Et, te iudice, delicatiori  
 Sic omnes superent sapore pisces;  
 Ut, me iudice, carminum tuorum  
 Binus munere consecratus anguis  
 Immortalibus usque & usque sæclis,  
 Pythonem super, & laboriosi  
 Alcidaæ celebrem levatus Hydram,  
 Inter sidereos micabit ignes.

I N

REGIAM PARISIENSEM

L U D O V I C I X I V .

*Galliarum & Navarra Regis Christianissimi  
 opus admirandum.*

**G**randibus & terras permenfus & alta triumphis  
 Æquora, ceu radiis Cynthus atra suis,  
 Hanc pacis studiis ingens L U D O V I C U S & armis  
 REGALEM mirâ condidit arte D O M U M .  
 Quæ splendore licet referant, & vertice pulsant  
 Sidera, sunt Domino tecta minora suo.

A D